

in civitate Campanie Agnania procurantibus quidem
 et machinantibus duobus cardinalibus, videlicet Petro
 et Jacobo de Calumpna^{na}, quos quidem ^{p)} dictus papa Boni-
 facius propter certas causas ab honore et dignitate car-
 dinalatus deposuerat, per gentes et fautores Philippi
 regis Francie, quem ^{q)} idem papa Bonifacius excommunicave-
 rat, corruptis pecunia ipsius domini pape cubiculariis
 1303 sept. 7. facto insultu bellico in palatium ipsius pape per aliquos dies
 absque tamen manuum in ipsum apostolicum iniectione
 in camera papali fuit armate custodie mancipatus. De qua
 quidem depositione dictorum cardinalium facit mentionem
 decretalis illa de scismate cap. viii. li. vi. Tandem vero eo-
 dem domino papa per aliquot dies in hac custodia saliter con-
 cluso et thesauro ipsius passim abstracto Romani audientes
 pontificem ecclesie sic oppressum cum copis ad locum cu-
 stodie properantes ipsum quamvis egrotantem ad urbem
 cum honore debito reduxerunt. Qui non diu post restitu-
 tionem suam est defunctus.

1303 oct. 11.

Reus itaque Albericus vivente adhuc Wigboldo Coloniensi archi-
 episcopo, qui ipsum et uxorem suam ad regni fastigia
 coronaverat, eidem ingratus per cives Colonienses superiori-
 bus suis presertim archiepiscopis Coloniensibus absque palli-
 acione utrumque emulos semper et infestos contra eundem
 Coloniensem archiepiscopum dictorum civium Coloniensium
 persuasionibus instigatus et in dampnum atque prejudicium

p) quidam cod. q) preter cod. r) quem supplere.

1302 sept.
et oct.

1308 mar